



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

XI. De Litis contestatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

tori succedit in id vitium. Licit enim is non spoliaverit: cum tamen, quoad periculum animæ, non multum interfit, utrum quis iniuste detineat, an alienum invenierit, contra hujusmodi possessorem spoliato per restituionis beneficium, non obstante juris civilis rigore, succurratur.

*Renunciatio facta post spolium non impedit spoliatus restitutio-*  
nem: *secus si ante fuerit renunciatum. & testes super spontanea re-*  
*renunciatio non sunt admittendi ante restituionem. b.d.*

**I**llud quidam a est, si post spolium Ecclesiæ renunciatio quis dicatur, an ob hujusmodi renunciatione spoliato sit deneganda restitutio? & cum non sit verius male, quod sponte proprio iuri renunciaverit, qui renunciari spoliatus hujusmodi non obstante renunciatione, restituendus erit. Testes etiam partis alterius de juramento, & renunciatione sponte facta, non ante admittendi erunt, quam spoliatus plenarie fuerit restitutus. Quod si ante b spoliata Ecclesiæ sponte abjurasse reperiatur, perpetuum ei super negotio silentium imponendum erit.

*Post aliquos casus exceptos ab illa regula, spoliatus ante omnia*  
*est restituendus. b.d.*

**S**unt & alii casus, quibus jure denegabitur spoliatus restitutio: uputà, cum ageri per modum exceptionis de alia spoliacione opponitur, aut tam super proprietate, quam super spolio eodem tempore disceptari spoliatus ipse conferent, aut ante restituitionis postulationem petitoria actione judicium expertus succubuerit.

*Probatio spoliata, absentia spoliatoris, & lapsus temporis, non ope-*  
*ratur restituitionem, si spoliator non absit per contumaciam, vel do-*  
*lum. b.d.*

**I**dem si spoliator non per contumaciam, vel per dolum absente, ab Apostolica fede ad judices spoliatus litteras obtinuerit, ut si eum spoliatum judicibus constituit, intra certum temporis spaciū restitutus, si reus intra proximum terminum sele judici exhibere non possit, quanquam temporis lapsus imminet, & actor sit suam positionem & dejectionem probare paratus, nihilominus restituendus non erit.

*Si contra agentem de spolio opponatur exceptio, per quam con-*  
*cludatur actor non posse diffringi, spoliatus ante omnia non restitu-*  
*atur. b.d.*

**S**ed & si talis opponatur exceptio, que agentem minime possedisse concudat, tamdiu sublimita erit restitu-

*Cum pro spoliatore militat iuri presumpcio, spoliatus non est ante omnia restituendus. b.d.*

**Q**uinimò & eum sola juris presumpcio pro spoliatore contra spoliatum militat, impedienda erit restitutio: ex quo appetat eum qui (exempli gratia) restitu po-

*stularat ad decimas, quas intra alienæ parochia limites pos-*  
*sedisse afferit, nequam restituendum est, nisi evidenter docuerit, quod earum possessionem legitimè assuefactus fuerit: quia eas occupasse iniuste verisimiliter pre-*  
*sumiatur, cum ex præsidio perveniant intra alienam paro-*  
*chiam constitutis, manifestumque sit, eas iure communi ad eandem Ecclesiā pertinere, nisi aliud ostensum fuerit.*

*Harenicus non restituatur ante omnia: idem si in restituione timeretur de periculo animæ, vel scandalo, quia diffirentur restituto. b.d.*

**P**lures præterea sunt casus, quibus spoliatus siliquo non

*restituietur: veluti, cum hæresis labi pollutus depre-*

*henditur, vel facta restitutio animæ periculum im-*

*mineret, vel scandalum timeri possit: & alii, qui non mi-*

*a. C. eccl. ex. co. ii. b. C. accepta. ex. co. ii. c. C. fi. ex. tr. in. in.*

nus secularibus, quām Pontificis legibus continentur. Spoliatus potest suffenso petitorio ante conclusum ex causa tenetare possessorum: secus si sit conclusum: nisi tamen alio modo videatur. b.d.

**P**ostrem scendum est, in spoliatis odium confundum esse a, si spoliatus proprietas item ingenua fuerit, nullam de illata sibi violentia mentionem faciat, antequam renunciatum sit, aut conclusum in propriatis judicio, ut idem debeat super possessori, etiam petitorio suspensi, audi. Quod si renunciatum fuerit, et conclusum, ut jam possit causa proprietas sententia terminari, ne lites litibus inculentur, & via possit finaliter aperte, causa non decisiva, possessori non erit utendum nisi iudex, qui de causa cognoscit, hoc ipsum ex iudicata videtur expedire: putat, cum ex perspicuis inquisitoris facile arguitur, & spoliato, causa sine dolo spoliatus, dominum probandi facultas subiecta fuerit.

#### DE LITIS CONTESTATIONE

##### TI TVLVS XI.

Litus contestatio est fundamentum judicii, quo deficienti ipsa superadiscitur. & quando dicatur la contestatio. b.d.

**H**actenus ea complexi fuimus, que plerique ante causam discussionem vertuntur, quae nos tam judiciorum parcer habent, quam iudiciorum preparatoria: perveniamus nunc ad ea, quibus ipsa iudicium constituitur. Est autem judiciorum quidam quoddam, litus contestatio: nam & illa a partibus prætermissa fuerit, proculdubio omnium qui sequuta fuerint, corrident, sequi ipsos litigantes iustitiam laboribus & sumptibus vexabunt: unde nec tales recipi, nec ad sententiam per iudicem procedi poterit. Ea vero fit per petitionem in iure propositum, & congruum responsionem sequentem, animo contendendi iustitiam faciam, cum iudex per narrationem negotii causam audire coperit: unde si quis positionibus simpliciter respondeat, aut peremptoriam exceptionem proponat, nequaque per hoc esse facta contestatio litis intelligitur.

**P**rocurator, tutor, & filiales, possunt item consulari. It autem a litis contestatio non solum per principes, sed etiam per procuratorem, avuncum, & personas familiæ.

**A**d vocati responsio nisi sit statim revocata, facta iuris contestatio. b.d.

**A**n advocati responsio litis contestationem facit, dubitari potest, & ex facto responsionis est, nisi statim revocata fuerit, illius quoque responsio contestationem faciet. Cum officium iudicis pro actum institutus est, necessaria iuria contestatio. b.d.

**N**ec solùm, cum per actionem iudicium institutum, est iuria litis contestatio necessaria: sed etiam ubique

**i**udicis officium pro ipsa propontur actione: veluti, cum restitutio in integrum non incidenter, sed principaliter postulatur.

**Quae effectus sequuntur ex litis contestatione. b.d.**

**I**gitur sequuntur contestatione reus & iudicis subiectum, & factori obligatur, dilatorum exceptionibus via prævalit, actiones perperantur, preceptio intercumbiat, illa quoque effectus emanant, ut tam iuribus quam Ecclesiasticis constitutionibus suis locis traditur.

*Cum civilitate agitur, & probabilitate de morte restitutum, et di-*

*curna alientia timeretur, possunt examinari tales etiam iuri non con-*

*testata. b.d.*

**A**ctionem tamen sumus, quod traditum est, lit-

*a. Can. pastoral. ext. de causa posse & propriet. b. C. i. ex. tr. in. in.*

*c. C. diu. secundo. 9. i. et. ex. de electo. d. C. i. ex. cod.*

*e. Ext. ut iure non contestetur per solum. f. C. i. ex. tr. in. ex. tentium*

tentiam perveniri, non esse perpetuum. Nam si forte de morte tertium timeatur, vel absentia diurna, cum cibis, ut agendum, ne veritas occulatur, & probationis copia fortius causibus subtrahatur, sene, & valetudinari, & alii testes de quibus ex probabili causa timetur, et iam hinc non contestata sunt admittendi, seu pars convenientia sit contumax, seu sine dolo sit absens, ut conveniri non possit.

*Lit. iustitia examina et ad perpetuam rei memoriam, debet intram vel convenire adverarium, vel examen denunciare, h.d.*

**D**ebet a tamen actor intra annum, ex quo facultas sibi data fuerit, adverarium convenire, aut faltem humum modi testimoniū receptionem eidem denunciare. Alioquin atestationes sic recepta non valebunt, ne forte hoc procurerit in fraudem, ut scilicet processu temporis exceptiones legitimā ad repellendum testes, vel alia locum habere non possit.

*Nota ex isto §. bonam regulam ad cognoscendam, quando non illuc necessaria litis contestatio, h.d.*

**S**ed b. & calis casus, in quibus absque litis contestatio ne legitimē possunt testes produci, & lis sententia terminari: quos tam ex his, que suprā de contumacia dimis, quam etiam ex aliis locis cognoscere licebit. Ex generaliter, ubique libellus non exigitur, aut jus a genī contra certam personam non dirigitur, litis contestatio non est necessaria.

#### DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

##### TITVLVS XII.

*Moritans subire juramentum calumnia, cadit ab actione, & res habet pro confesso, h.d.*

**S**ed ut veritate pravia judicia expediantur, institutum est, ut litigantes in exordio litis de calumnia vita vitanda jurare debeant. Quod juramentum si quis recusaverit e., actor quidem ab instituta caderet, & pro confesso reus habendus erit.

*In causa sua Ecclesia clericus non cogitur jurare de calumnia, sed ei in proprio: quo causa per se propria tantum scriptura, non talis, h.d.*

**I**n hac tamen parte quibusdam causis clericis jura percipiunt. Veterantur d. enim, ne dum propria Ecclesia causā peragitur, in consulis illorum prælatis hujusmodi subire iurandum cogantur, licet in propriis causis huiusmodi privilegio minime gaudere noscantur. Sed & quo casu hoc iuramentum subire vel permituntur palai, vel jubentur, non talis e., sed tantum proposi- tūscriptū id impiebitur.

*Hoc enim in causa spiritualibus juratur de calumnia, h.d.*

**V**is causa spiritualibus olim de calumnia minime iuratur, sed quia & in illis litigantes frequenter calumniam compertimur e., novissime sanctum est f., ut in eis id quod ceteris constitutum est, observari debeat.

*Enim procuratores iurare de calumnia tenentur, quandocumque iudicis videbuntur, h.d.*

**E**t non tantum principales, verum etiam procuratores g. & syndici h., hujusmodi juramentum suscipere compeliendi erunt, etiam quid ponere aut responderē, a domini instructi fuient: aut post hoc præsumptum iuramentum deputati fuerint: nec enim illud inter tempora coactum reperitur, sed s. potest iudicis exigere, quoties expedire videbitur.

*De calumnia iuratur etiam in causa appellationis, h.d.*

**P**raeterea h. & quanquam in prima instantia partes iuravint, non tamen propter ea in causa appellationis hujusmodi juramentum declinare poterunt, cum tur-

sus, & de calumnia vitanda, & dicenda veritate jurare partes sint compellende.

*Iuramenti de calumnia omisso non virtut probescit, h.d.*

**I**llud postremo admонendi sumus, quod propter omis- sum a tacite in toto causa calumniae iuramentum, ju- dicialis processus alia factus legitimē, nec est nullus, nec ob eam causam venit annullandus: eum hujusmodi jura- menta præstari de substantia ordinis judicari non exi- stat.

#### VT LITE PENDENTE NIHIL

##### INNOVETUR.

##### TITVLVS XIII.

*Lit. pendente nihil innovandum: & lu nunc pendere dicitur, cum citato legitima pervenit ad partem citatam, aut per eam sa- dum est, quo minus perveniret, h.d.*

**I**nstituta ergo lite, & solennibus præstatis fatisdatiō- nibus, & calumniae iuramento exhibito, ad probatio- nes, & merita causa descendendū erit, & interim pendente lite nihil innovari poterit. Lis b. autem pen- dente hoc respectu tunc dicetur, non modo cum lis con- testata fuerit, verum etiam postquam à judice competenti citatio manavit, & ad partem citatam pervenierit, vel per eam factum est, quo minus ad ejus notitiam perveniret, dum tamen in citatione ea sint expressa, per quæ possit quis instrui, super quibus in iudicio conveniuntur.

*Ob dilapidationem etiam lite pendente fit sequelatio, h.d.*

**P**lane e. ab eo, qui postquam à sententia provocavit, possestionē fructus dissipat, etiam lite pendente se- questrari poterunt.

*Lit. pendente non invalidas matrimonium contrallum, h.d.*

**I**cetiam d. si dum super matrimonio lis penderit, se- cundum quis matrimonium ritè contraxerit, si pri- mum non tenuisse declaratum fuerit, pendens litis ob- tentus secundum irritari non poterit. Ei tamen qui in contemptum contraxerit, competens penitentia imponenda erit.

#### DE PROBATIONIBVS.

##### TITVLVS XIV.

*Quid sit probatio, & quibus modi fiat, h.d.*

**P**robatio igitur est, idoneis argumentis & legitimis mediis facta demonstratio. Contingit autem quid probari variis modis: ictu confessionis partium, depositione testium, instrumentorum exhibitione, iurisjudi- randi religione, inspectione judicis, notorietae rei, suspi- cione vehementi, fama, arque alijs adminiculis.

*Quonodo nascatur probatio ex confessione, & qua sint positiones, h.d.*

**P**artium confessione tunc confiat probatio, cum reus positionibus respondendo, vel alias in iudicio de intentione confitetur actoris. Sunt autem positiones, breves quād narrations, facti seriem continentis, ad eliciendam veritatem concepta, super quibus quis petat ab adversario responderet, quas ad faciliorem & expediti- nem litionem propter partium confessiones, & probatio- num defectum usus longavus in causis admisit, & juris probavit authoritas.

*Recusans respondere positionibus habetur pro confesso, h.d.*

**S**i quis igitur positionibus sibi factis respondere re- quiritur recusaverit, vel, ne responderet, se per contumaciam subtraherit, pro confesso habendus erit. Hoc ta- men ita demum obtinet, si a judice respondere iussus, il- lum absensem fieri contigerit: sed si antequam iuberetur, contumaciter abcesserit, tunc pro confesso minimē repa- batur, sed contra eundem, tanquam contumacem, pro- cedendum erit, prout iuris ratio dicaverit.

a C.1. in prin. & §.1. cod. ts. in 6. b Cl. 2. eo. ts. c Ca. si. exir. de sequenti posse. d C. can. in Apostolica ext. de Ieron. e Cleso. fin. de verb. sign. f C. de confess. in 6.